



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 5. Quàm vehementer Antiochus mortem timuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

§. V.

*Quam vehementer Antiochus mortem
timuerit?*

Quod etiam in Antiocho demonstratū est, qui, vt mortem euaderet, quid non fecit? immo quid se facturum non simulauit?

1. *Cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina ad monitus plaga.* 2. *Cum nec ipse iam factorem suum ferre posset, ita ait: Instum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Adeo non mente tantum illuminatus est, sed lingua quoque errorem suum confitebatur.* 3. *Vt ferio loqui videretur, etiam opera adiecit. Nam & ciuitatem, ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorū faceret, nunc optat liberam reddere; & Iudeos, quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurū, & cum paruulis se exterminaturum dixerat, aequales nunc Atheniensibus facturum pollicetur. En vt se emendauit! En vt maleficia beneficijs compensat!* 4. *Templum etiam sanctum, quod prius expoliamerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturū, & pertinentes ad sacrificia sumtus de redditibus suis prastaturum spondet. Vides vt etiam,*

Deo

2. Machi
9. 11.

Deo

Deo velit satisfacere? 5. Super hac & Iudeum se futurum, & omnem locum terra perambulaturum, & predicaturum Dei potestatem promittit. Quid potuit amplius expectari, aut optari? 6. Scripsit & ad Iudæos litteras humanitatis plenissimas. Denique omnem lapidem mouit, & tamen de eo dicitur: *Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Igitur homicida, & blasphemus pessimè percussus, & ut ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est.* Quid ita? cur tanta faciens misericordiam non est consecutus? Respondet Augustinus: *Nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat unitas Ecclesie, & fidei.* Atqui Iudeum se futurum promisit? An non hoc erat in unitatem Ecclesie, & fidei uelle venire? Nimirum hæc omnia cogitabat, dicebat, faciebat Antiochus tantum ut sanitatem consequeretur; neque ex animo credebat in Deum Iudæorum, neque verè statuebat seruare religionem ab ipso præscriptam; tantum enim hæc tam speciosa promittebat, ut posset euadere præsentem calamitatem; quasi Deum id lateret, aut diuinus oculus decipi posset. Nimirum vsq; adeò potentes isti omnia ponunt

2. Mach.
9.13. & 28.

S. Aug.
de vera
& fals.
pœnit.
cap. 11.

nunt in hac vita, vt mortis effugiendæ causa, quiduis agere, quiduis pati; & vel religionem ipsam, omniaque sacra & profana vendere velint, nihilq; magis quàm mortem abominentur. Est enim *mors pessima peccatorum.* Psal. 33. 23

§. VI.

Quàm sit pretiosa mors sanctorum, Sadoth declarauit.

At pauperum *mors pretiosa, quia ipsorum est regnum calorum.* Hinc mortem non formidant, sed sperant, tamquam ianuam felicitatis. Simeoni Episcopo & martyri, successit in officio Sadoth, apud Persas Christianorum persecutores; cui quale ostentum sit visum, ipse clam ad se conuocato clero in hunc modum exposuit. Vidi, hac nocte, fratres, per somnum, scalas à terris vsque ad cælum splendidè erectas. Ad verticem earum, in cælo, consistebat, clarissima in luce refulgens inclytus martyr Simeon Episcopus; is me ad pedem scalarum in terris stantem, ita compellabat: *Ascende ad me Sadoth, ascende, ne timeas: ego enim heri ascendi, tu autem cras ascendes.* Quod ego ita accipio, vt existimem, sicut ille priore anno pro Christo mortem oppetijt, ita me hoc anno

Psal. 115:

35.

Matth. 5.

30

Surius ex

Metaphr.

20, Febr.